

Liber quintus de diuinis officijs tam nocturnis quam diurnis in genere incipit. R.

Agitur in exo. xxv. capi. in fine. dominū dixisse ad moysen. Omnia fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est quo circa cōformari nos conuenit illi celesti iherusalem. que dominum laudare iubetur. et que sicut ait apostolus ad galathas quareo desurfum est et mater nostra est presertim in laudando deum. Juxta illud super muros tuos iherusalem cōstieui custodes. qui tota die et tota nocte non cessabant laudare nomen domini. Et in apoca. quarto capitulo habetur quod animalia requiem non habebant die et nocte. Sanctus sanctus sanctus. et Veruntamen militans ecclesia imitare plene nequit triumphantem. quia sicut legitur in libro sapiencie capitulo. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. nequimus enim infirmitate nostra prepediente in singulis. xij. diei horis iugiter diuinis insistere laudibus. quoniam necesse habet homo aliquando necessarijs corporis intendere. Juxta illud gen. ca. pitulo tercio. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. et ideo facimus quod possumus. certis diei naturalis horis deum laudando. Unde esdras propheta. populum israeliticum de babilonica captiuitate reuersum. docuit deum laudare quater in nocte et quater in die. vt vnumquodque quatuor elementorum. ex quibus homo constat. per competentes horas obsequiose offerat creatoris videlicet de nocte in vespertinis. in completorio. in nocturnis. in diluculo. scilicet in laudibus matutinis. De die vero in prima. in tercia. in sexta. in nona horis. Vespertinum officium igitur quod est cuiuscumque officij inicium. ad noctem pertinere probatur quod secundum ysaie libro etimologiaz dicitur a vespere stella. que surgit nocte oriente. Verum dauid inquit. Sepcies in die laudem dixi tibi. Et rursus. media nocte surgebam ad cōfitemendum tibi. et cetera. Quem ordinem concilium a gathen. approbat et sancta ecclesia seruat. quoniam nocturnum officium media nocte canitur. Relique vero. septem canonicis horis de die dicuntur. videlicet laudes matutine que olim in auroa dicebantur licet hodie cum nocturnis coniungantur. prima. tercia. sexta. nona. vespere. completorium. que septem hore vocantur canonicis. quasi regulares. quia regulariter a sanctis patribus obseruatae sunt. Nam canon grece regula dicitur latine. Misse autem oblatio propter tanti sacramenti excellenciam. quod in ea conficitur. fuisse per alias laudes est. et est laus per se. nec sub numero comprehenditur aliarum propter quod et in hoc opere tractatum per se optinet specialem. quāuis nonnulli asseruerunt illam fore de officio tercie sue none pro eo quia in his duobus horis solet regulariter celebrari. Sane nocturnum of-

ficiū tempus miserie quo genus humanum a diabolo tenebatur obsessum representat. Diurnum vero. nostre redemptionis et liberationis per christum solem iusticie facte tempus significat qui claritate sue diuinitatis tenebras nostras illuminauit et a seruitute dyaboli nos eduxit. Quia ergo tantum bonum dono septiformis gracie spiritus sancti adepti sumus. merito septies laudem deo cantamus. Secundo quia dies naturalis representat vniuscuiusque etatem non quam quilibet homo habet. sed quam si non peccasset haberet. Que naturalis dies septem habet varietates. Prima est infancia que per matutinas laudes representatur. Secunda puericia que per primam. Tercia adolescencia que per terciam. Quarta iuuentus que per sextam. Quinta senectus que per nonam. Sexta senium que per vespertas. Septima decrepita etas siue finis vite nostre que per completorium designatur. In his iteo singulis etatibus creatorem nostrum super iudicia iusticie sue laudare debemus. De infancia beatus nicolaus nobis ostenditur in exemplum. qui quarta et sexta feria virtute abstinentie materna vbera non suggebat nisi semel in die. De alijs quoque etatibus satis liquet. Tercio quia secundum salomonem. Sepcies in die cadit iustus per negligenciam. ideo merito septies vt per orationis vigilanciam resurgere valeat. diuinus debet subsidium inuocare. Quarto quia numerus septenarius vniuersitatis est. Ceterum cum duodecim hore diei attribuantur. in quibus omnibus laudandus esset dominus. Quare in quatuor tantum diei horis in ecclesia psallitur. Respondeo cum in singulis horis vt premissum est diuinis iugiter insistere laudibus nequeamus. quod in alijs minus fit. in prima in tercia in sexta in nona horis suppletur. In eorum namque qualibet dicuntur tres psalmi. et sic in quatuor horis numerus psalmodum respondet numero horarum. Et quilibet psalmus continet versuum octonarios octauam resurrectionis significantes de quibus sub titulo de completorio dicitur. Per octonarios siquidem in his horis psallimus quia de resurrectionis gloria exultamus. Rursus in qualibet ipsarum horarum dicitur ter super psalmos. gloria patri et cetera. vt quot diei hore nobis pro corporis sustentatione ad laborandum necesse sunt totiens in ipsis horis gloria patri dicatur. vt per hoc in dei seruicio. omni hora nos esse monstremus. Si quidem tres glorificationes que sunt in hora prima indicant nos esse in dei famulatu in prima secunda et tercia horis. Et tres que sunt in tercia. nos protegiunt in quarta quinta et sexta horis. Tres quoque que sunt in sexta. nos muniunt contra insidias diaboli in septima octaua et nona horis. Non vero cum suis glorificationibus nos protegit in decima vndecima et duodecima horis. Posset etiam in competenter dici quod sub prima due hore competuntur. videlicet ipsa prima et secunda. Sub tercia tres scilicet ipsa tercia. quarta et quinta. Sub sexta similiter tres scilicet ipsa sexta septima et octaua. Sub nona due. scilicet ipsa nona et decima.

Vespera vero representant vntedimam et comple-
torium duodecimam. Sed in premissis sex diei ho-
ris videlicet in prima tertia sexta nona et vespere et
completorio. Ideo specialiter deum laudamus et no-
m in secunda. quarta. quinta. septima. octava. deci-
ma. quia ille in aliquibus pre alijs sunt privilegia-
te. prout in principio tractatus cuiuslibet earum
ostenditur. propter quod merito in illis diuinum ce-
lebratur officium. **M**empe in nocte christus est co-
prehensus. mane illusus. et hora prima gentibus
traditus. tertia flagellatus et vere cruce fixus.
Sexta cruce affixus. **M**ona mortuus. **V**ndecima de
cruce depositus. **I**n duodecima sepultus. **I**tem in
nocte spoliavit infernum. **M**ane surrexit. **I**n pri-
ma hora marie apparuit. **T**ercia de monumento re-
deuntibus obuiauit. **S**exta iacobo. **M**ona petro.
Vespera duobus euntibus in emaus. scripturas a-
peruit. et se manifestauit. **I**n completorio aposto-
lis. pax vobis dixit. et cum eis manducauit. **H**as
autem horarum laudes qualiter exsoluere debeamus
ostendit. **B**ernhardus dicens. fratres mei imolantes
hostiam laudis iungamus verbis sensum. sensui af-
fectum. affectui exultationem. exultationi ma-
ritatem. maturitati humilitatem. et humilitati liber-
tatem. **P**reterea diuine psalmodie. ideo a prima.
tertia. sexta. et nona. et non ab alijs nomen sumpse-
runt. ut per eas dei seruitium agamus quoniam
paterfamilias commemoratur in euangelio. exisse
in illis conducere operarios in vineam suam. que
sanctam significat ecclesiam. **S**unt etiam qui di-
cunt morem cantandi tertiā sextam et nonam fu-
isse a danielle sumptum. qui intellecto quod nabuchod-
onosor statuum rex esset. quam omnibus adorandam
preceperat intrauit domum suam et apertis fenestris
ter in die genua flectebat versus iherusalem quod
Iheronimus exponens dicit hinc habet ecclesiasti-
ca tractatio quod ter in die sunt genua flectenda. sci-
licet in tertia sexta et nona. **I**nclusum quodq;
horis beatam virginem mariam laudare debemus. sci-
licet in nocturnis siue matutinis quia tali hora que
dam stella apparet in celo. que tremontana voca-
tur. cuius ductu naute perueniunt ad portum. et
ipsa beata virgo est stella tremontana. quia si eam
digne laudauerimus. nos qui sumus in hoc seculo
ducimur ad portum salutis. **I**tem in prima nam tunc
apparet quedam stella que byana vocatur postquam
sequitur sol. **E**t ipsa beata virgo est vere stella bya-
na que verum solem scilicet christum nobis porta-
uit qui illuminat totum mundum. **I**tem in tertia.
Mam hora tertia consueuimus esurire. et ipsa por-
tauit panem verum scilicet christum cum quo est
omnis facietas. **I**tem in sexta quia illa hora ma-
gis feruet et calefacit sol et ipsa laudanda et rogan-
da est ut nos frigidus calefaciat in caritate per so-
lem christum quem genuit. **I**tem in nona quia illa
sol declinat ad occasum et ipsa iuuat nos et prote-
git cum ad occasum id est ad senectutem declina-
mus. **I**tem in vespere. quia tunc incipit dies finire
et ipsa laudatores suos in hora mortis defendit. **I**tem
in completorio. **M**am tali hora dies est completa.

et ipsa in completorio vite nostre pro nobis inter-
cedit. et in eterna tabernacula recipi facit. vbi com-
pletum est gaudium electorum. **O**fficium beate ma-
rie instituit vrbanius papa cantari ut dicitur in ti-
tulo de tempore aduentus. **N**octurnale autem
officium nobis ad memoriam reducit tempus ab a-
dam vsq; ad noe. **M**atutinale tempus a noe vsq;
ad abraham. **P**rima tempus ab abraham vsq; ad
moysen. **T**ercia a moysen ad dauid. **S**exta tempus
a dauid vsq; ad aduentum christi. **M**ona tempus se-
quens vsq; ad secundum aduentum quando veniu-
rus est rediens vicem pro abditis. **P**er vespere
recolimus sabbatum id est requiem animarum post
exitum a corporibus vsq; ad diem iudicij. **P**er com-
pletorium vero recolimus repletum numerum et
consumatum gaudium sanctorum. quod comple-
bitur in die magne festiuitatis. quando benedicti p-
cipient regnum dei. **I**n hac igitur parte de officijs
ecclesiasticis in genere tractare intendimus. videli-
cet de his que in officio cuiuslibet ecclesie dicuntur

De nocturnis. **D**e laudibus.
De matutinis. **D**e prima. **D**e
De tertia. **D**e sexta. **D**e nona
De vespere. **D**e completorio

Et autem officium secundum **I**sidorum
proprius vel congruus actus vnius-
cuiusq; persone secundum mores cluita-
tis vel institute professionis. **A**lia nam
habent instituta monachi. **A**lia canoni-
ci. **A**lia heremite. et sic de reliquis. **E**t dicitur officium
secundum **I**heronimum in libro de officijs. ab efficiente
quasi officium ab officio efficiis vna littera in aliam
propter decorem sermonis mutata. **V**nicuiq; ete-
nim conuenit suum efficere officium. **V**el secun-
dum **I**sidorum officium dicitur ut quisq; illa agat
que nulli officiant sed omnibus profunt. **C**eterum
in ecclesia generaliter nil canendum aut legendum
est quod a sancta romana ecclesia canonizatum et
approbatum expresse aut per pacientiam non sit.
In primitiua tamen ecclesia diuersi diuersa que-
q; pro suo velle cantabant dummodo quod canen-
bant ad dei laudem pertinere. **Q**uedam tamen offi-
cia obseruabantur ab omnibus ab inicio constituta.
vel ab ipso christo ut oratio dominica vel ab a-
postolis ut symbolum. **S**uccedentibus vero tempo-
ribus quia ecclesia dei propter hereses scissa est.
Theodosius imperator hereticorum extirpatur. ro-
gauit **D**amasum papam. ut per aliquem prudentem
et catholicum virum ecclesiasticum faceret officium
ordinari. **V**nde idem papa precepit **I**heronimo presbi-
tero. tunc in bethleem cum paula eustochio et alijs vir-
ginibus moranti. qui prius sub septem apostolicis ro-
me vixerat. quatenus officium ecclesie ordinaret. **V**e-
nanus nouerat linguas hebraicam. grecam. caldaicam et
latinam. quod ille obtemperans fecit. **O**rdinauit ita-
que quantum de psalmis in dominica die. quantum in
secunda feria et quantum in tertia feria. et sic tem-
peps legeretur. euangelia quoque et epistolas et

49
cetera que de nouo et veteri testa. in ecclesia
leguntur preter cantum. magna ex parte ordinavit
quod opus expletum item iter dominus romanus
misit et a damaso papa canonisatum est et preceptum
a cunctis ecclesijs obseruari et appropriatum est
pi damaso propter auctoritatem suam quaz inter
posuit. Consequenter et beatus gregorius et ge
lasius. orationes et canones addiderunt et lectionibus
et euangelijs. Responsoria coaptauerunt.
Gradualia vero. Tractus et alleluia ambrosio
gelasius et gregorius. ad missam cantari institu
erunt. Plerique quoque alij doctores ecclesie. ali
qua alia super addidisse noscunt. Sancti etenim pa
tres. non simul omnia ad beatorum officij perti
nencia. sed diuersa diuersis temporibus ordina
uerunt. Unde et missa inceptio tres habuit va
rietates. Aliquando enim a lectione inchoaba
tur. prout fit hodie in sabbato factio. Postea ce
lestinus papa pater ad missa introitum dici institu
it. Gregorius vero introitus cum cantu ordinavit. Le
gitur in vita beati eugenij quod dum adhuc officij
um ambrosianum magis quam gregorianum ab
ecclesia seruaretur. Adrianus papa. concilium
conuocauit ubi statutum est quod gregorianum debet
vniuersaliter obseruari ad quod. Carolus impera
tor omnes clericos minis et supplicijs per diuer
sas puincias cogebat. libros ambrosiani offi
cij comburens. Beatus vero eugenius. ad con
cilium quoddam propter hoc conuocatum veniens
muenit ipsum concilium per tribum iam solutum indu
cens dominum papam quod omnes prelatos qui con
cilio interfuerant et iam per tres dies recesserant
reuocaret. Concilio igitur iterum congregato
omnium patrum fuit una sententia quod missale am
brosianum et gregorianum super altare beati petri
apostoli poneretur plurimorum episcoporum sigil
lis munita et fores ecclesie clauderentur et ipa
eota nocte orationi insisterent ut dominus per a
liquod signum indicaret quod horum magis ab ec
clesia seruari vellet. sicque per omnia factum est.
Mane igitur ecclesiam intrantes vtrunque
missale super altare apertum inuenerunt. vel ut
alij asserunt missale gregorianum penitus disso
lutum et huc illucque dispersum inuenerunt. Am
brosianum vero solummodo apertum super altare
in eodem loco ubi positum fuerat inuenerunt quod
signo edocti sunt diuinitus. gregorianum offi
cium per totum mundum dispergi. ambrosianum
vero tantum in sua ecclesia obseruari deberet.
et sic usque hodie obseruatur. Siquis enim tempore
karoli imperatoris officium ambrosianum pre
cipue dimissum est. et gregorianum imperiali au
toritate plurimum adiuuante diuulgauit. Am
brosianus enim multa instituit iuxta ritum gre
corum ut dicebat infra ubi de primis agitur. Ut
autem mulce morientes abigantur et mens oran
tis serenetur. ut digne cum deo loquatur et ut
si mente non orauerit. dominus in furore non ira
scatur. sed misereatur. Deo laudabili consuetu
dine inductum est ut sacerdos ante canonicarum

horarum incia. et in fine dominicam orationem
et ante horas. Beate marie. et in fine Ave maria.
et voce submissa premitat. In concilio geru
ten. de con. di. v. id semper statutum est. ut etiam
post singulas horas dicat. ne diabolus de corde
sacerdotis rapiat. si quod boni ibi seminat. est. Unde
in primitiua ecclesia post qualibet horaz alta vo
ce absque alia oratione dicebat. quod adhuc eccle
sia lateranensis dicitur obseruari. Quidam etiam in
fine horarum dicunt. Dominus det nobis suam
pacem. De hac dominica oratione sub prima et
sub vespere dicitur. Quia vero dominus ait
in euangelio. Sine me non potestis facere quic
quid. Ideo in singulis diurnis horis sacerdos incl
pit. Deo in adiutorium meum intende. et singu
le finiuntur per deo gratias. et sic incium et fi
nis referuntur ad idem scilicet ad deum. qui est al
pha et omega id est principium et finis. xxxv. di. ab ex
ordio. Dicendo igitur. Deus in adiutorium me
um intende. Mater ecclesia inuitat omnes Iu
illud. Venite filij audite me. quod ite ieroductum
est quoniam dum archa domini ad portandum
leuabatur dicebat moyses. Exurge deus id est
exurge fac. et dissipentur inimici tui et fuge
ant qui oderunt te a facie tua. Sic et sacerdos
noster dicit. Deus in adiutorium meum intende
hoc est presta michi auxilium in resurgendo a
peccatis. et contra varios inimicos qui tuam cir
cundant ecclesiam. Per arcam enim intelligitur
ecclesia. que usque in finem circumbabitur a perse
cutoribus. siue apertis. siue occultis. sicut met
arca ab inimicis circumbabatur. Orat ergo sa
cerdos ne inimici prevalere valeant. aliquos a ce
tu fidelium per astuciam forsitan sepando. Cum
enim persecutio iuste fit a leone id est a diabolo.
imperi id est manifeste seuiente vel adoratione.
id est a diabolo. in insidijs id est occulte perseque
te. omnes clamant. Deus in adiutorium meum in
te. Preterea cum secundum apostolum in dei nomine
omnia facienda sint. merito est ab eo inchoan
dum. Circa hoc notandum est quod contingit tri
bus modis peccare videlicet corde. ore et opere.
Ideoque tribus diuersis modis hore inchoantur
videlicet completorium per conuertere nos deo con
tra peccatum cordis. Nocturne per domine la
bia mea aperles contra peccatum oris. Alie vero
omnes diei hore. per deus in adiutorium meum.
contra peccatum operis. Et quoniam in peccato
cordis et oris est aliquid operis. ite in omnibus
horis tam nocturnis quam diurnis dicit. Deo in
adiutorium meum intende. contra peccatum operis.
Monachi vero dicunt. primo in nocturnis. De
us in adiu. me. in te. et postea domine labia mea
aperies. quia sine adiutorio dei. nec cor. nec labia
ad ipsius laudem aperire valeant. Jo. xv. Sine
me nichil potestis facere. Interea vero sacer
dos cum dicit. Deus in adiutorium meum intende
signo crucis se munit. ad effugandam illius vir
tute. quamlibet diaboli versuciam et potestatem
valde enim timet signum crucis. Unde christo

Ubique demones signum crucis viderint. fu-
 giunt timentes baculum quo plagam acceperunt
 Stephanus quoque papa ait. Numquid non omnia
 crismata id est sacramenta que cum crismatis vn-
 ctione prestantur sacerdotalis ministerij crucis
 figura id est signo perficiuntur. Numquid bap-
 tismatis vnda sine cruce sanctificata peccata re-
 laxat. et ut cetera pretereamus sine crucis signa-
 culo quis sacerdotij gradus ascendit. Baptisan-
 dus quoque signo crucis signatur in fronte et in
 pectore. De profundo quidem crucis misterio
 dicitur in sexta parte sub ti. de pasce. et hic
 etiam aliqua supponamus. Sane crux domini
 multipliciter fuit in veteri testamento prefigu-
 rata. Legitur siquidem quod moyses ad mandatum
 domini eneam serpentem erexit in palo in deser-
 to pro signo. quem aspicientes qui percussi fue-
 rant a serpentibus illico sanabantur. quod ipse
 christus exponens inquit in euangelio. Sicut moyses
 exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet
 filium hominis. ut omnis qui credit in ipsum
 non pereat. sed habeat vitam eternam. Legitur
 etiam quod cum ioseph applicuisset. manassen et ef-
 fraym ad iacob statuens maiorem ad dexteram
 et minorem ad sinistram ut eis secundum ordi-
 nem benediceret. Iacob manus mutans id est
 in modum crucis cancellans dextram posuit super
 caput effraym minoris. et sinistram super caput
 manasse maioris. et dixit Angelus qui eruit me
 de cunctis malis. benedicat pueris istis etc. Item
 moyses ait. Die ac nocte erit vita nostra pectus
 et videbitis et cognoscetis. Christus enim nocte fu-
 it in cruce pendens quia tenebre facte sunt ab ho-
 ra sexta usque ad nonam. Quod etiam fuerit pen-
 dens certum est. Rursum legitur ezechielis ix.
 Ezechiel audiuit dominum dicentem ad virum
 vestitum lineis. habentem attamen scripto-
 ris ad renes. transi per mediam civitatem. et si-
 gna thau in frontibus virorum dolencium et ge-
 mencium. Post hec dixit septem viris. Transite
 per mediam civitatem. et percutite omnem super
 quem non videbitis thau. nemini parcat oculus
 vester. Item iterum. Congregato omnes gentes
 et erit eis in signum thau. Item alibi. Et erit pri-
 cipatus eius super humerum eius. Christus enim
 portavit super humeros crucem in qua trium-
 phavit. Iohannes quoque vidit angelum ascendente ab
 ore solis. habentem signum dei vivus. et clama-
 bat voce magna quatuor angelis. quibus datum
 est nocere terre et mari. Nolite nocere ter-
 re et mari neque arboribus quousque signem ser-
 uos dei in frontibus eorum. Item lignum missum
 in marath. aquas dulcoravit amaras. et ab lig-
 num missum in iordanem. Ferrum quod incidit
 rat enatauit. hoc est lignum vite in medio pabi-
 si de quo sapiens protestatur. Benedictum lignum
 per quod fit iusticia. quoniam regnavit a ligno
 deus. Hoc ergo crucis signo se armat ecclesia
 in pectore et in fronte. significans crucis miste-
 rium esse cor et credendum et manifeste ore con-

fitendum Per hoc enim signum confunditur civitas
 diaboli et triumphat ecclesia. Terribilis ut ca-
 stroz acies ordinata. Juxta illud. Terribilis
 est locus iste etc. Et alibi. Vbi civitatem ma-
 gnam sanctam iherusalem novam etc. Augustinus tamen
 dicit. quod nulla scriptura nova. testa. vel veteris do-
 cet fideles crucis signaculo insignari. Est au-
 tem signum crucis tribus digitis exprimentum quod
 sub invocatione trinitatis imprimitur. De qua
 propheta ait. Qui appendit tribus digitis molem
 terre. Pollex tamen supereminet quoniam totam fidem
 nostram ad deum unum et trinum referimus et
 mox post ipsam invocationem trinitatis potest dici
 versus ille. Fac mecum domine signum in tuo
 num ut videant qui me oderunt et confundantur
 quoniam tu domine adiuisti et consolatus es me.
 Iacobite vero afferentes sicut et euticiani. vnam
 tantum naturam scilicet diuinam esse in christo. si-
 cut vna est persona. vno tantum digito se signa-
 re dicuntur. quorum error in canonibus extir-
 patur. Verum quidam signant se a fronte de-
 orsum in quo illud exprimitur misterium quod in-
 clinavit deus celos et descendit in terram. Descen-
 dit quidem ut nos de terra leuaret in celum. Deinde
 de a dextra ad sinistram. Primo ut eterna que per dex-
 tram temporalibus que per sinistram significantur
 preferenda designent. Secundo ad notandum quod christus
 de iudeis transiit ad gentes. Tercio quia christus
 a dextra id est a patre veniens. diabolum qui per
 sinistram significatur. in cruce peremit. Vnde. Exi-
 ui a patre et veni in mundum. Alij vero signum
 crucis a sinistra produunt in dexteram. fulti au-
 tem illa. Egressus est a patre. excursus usque
 ad inferos. recursus ad se deum dei. Incipiunt
 enim se signare a parte superiori que patrem sig-
 nificat. descendunt quoque ad inferiorem que mun-
 dum designat. Deinde a sinistra parte que infer-
 num producit ad dextram. que celum significat.
 Nam christus descendit de celo in mundum de mun-
 do ad infernum. ab inferno ascendit in celum.
 ubi sebit ad dextram dei patris. Secundo hoc fa-
 ciunt ad insinuandum quod de miseria transire debemus
 in gloriam. et de vicijs que per sinistram ad
 virtutes que per dextram significantur. ut legi-
 tur in euangelio. Matthei. nam et christus de morte
 transiit ad vitam. Tercio quia christus a temporalibus
 ad eterna per fidem crucis nos eleuat. Con-
 siderandum autem est. quod quia sinistra producit
 in dextram. seipsos et alios pariter consignat.
 Sed tunc super illos signum crucis a dextera in
 sinistram producit quia non designant eos quasi
 vertentes dorsum. sed quasi faciem presentantes
 sed et cum super alios principaliter signum cru-
 cis imprimunt. etiam seipsos a sinistra in dextram
 sed alios a dextera in sinistram consignat. Sa-
 ne regulariter in omnibus euangelicis verbis
 debemus facere signum crucis. ut in fine euan-
 gelij. simboli dominice orationis. Gloria in ex-
 celsis deo. Sanctus sanctus. Agnus dei. Benedi-
 ctus dominus deus israel. Magnificat et Nunc

dimittis. et in principio horarum. et in fine misse
 quando sacerdos dat benedictionem. et etiam ubi
 cunctis de cruce vel crucifixo merito fit. que etiam
 omnia stando sicut et euangelium audire debemus.
 In omni etiam actu nostro signum crucis
 facere debemus. Unde ambrosius. Ad omne actu
 incessum ut manus impingat in cruce. Et ad
 uerte quoniam crucis figura quadruperta est
 vel propter quatuor elementa que in nobis vicia
 ta. christus sua passione curauit vel propter homi-
 nes quos ex quatuor partibus orbis ad se tra-
 xit. Juxta illud. Si exaltes fueris a terra. omnia
 traham ad meipsum. vel et hęc quadratura per-
 tinet ad maiestatem. habet enim longitudinem
 latitudinem. sublimitatem et profundum. Profun-
 dum est acumen quod terre infigitur. Longitudo
 est inde ad brachia. Latitudo est in expansione
 Altitudo seu sublimitas est a brachijs ad caput.
 Profundum significat fidem que est posita in fun-
 damento. Altitudo spem que est reposita in celo
 Latitudo caritatem. que est ad sinistram et ad mi-
 nicos extenditur. Longitudo perseverantiam que
 sine fine concluditur. De hoc dicitur in vi. parte
 sub ti. de pasceue. De signo crucis quod fit in prin-
 cipio et in fine euangelij dictum est in quarta p-
 te sub ti. de euangelio. Post deus in adiutori-
 um meum intende. et statim in singulis horis
 subicit. Gloria patri. et. Sicut erat. et. Quod
 duos versus beatus iherosolymus scripsit inter opuscu-
 la que pape damaso misit. et ipsius rogatu idem
 damasus illos in fine psalmoz carari instituit
 ipsum tamen versus. Gloria patri in cena sino-
 bus dicitur edidisse. quia enim dominus dixit ad
 huc te loquere. Ecce assu ibo quasi iam nos in-
 tellexerimus exauditos esse. gratiarum actioes
 trinitati tribuimus dicentes. Gloria patri et. In
 exequijs tamen mortuorum. nec deus in adiuto-
 nec gloria patri dicimus quia in illis. saluatoris
 exequias imitamus. in quibus hęc cessat prout
 in sequenti parte sub ti. de quinta feria cene do-
 mini dicitur. Similiter post unumquemque psal-
 mum dicitur. Gloria patri et. quia versus iste co-
 eius trinitatis simplex laus est psalmus namque
 bona operationem significat. qua finit a merito
 deo gloria danda est. qui pro omni opere bono
 laudandus est et nunc et semper sicut laudandus
 erat in principio quando celum et terram creauit.
 Sicut enim sibi soli laus est de creatione celi et
 terre. sic et ei soli laus est de omni opere bono
 nunc et semper in premissis quidem versu. Sicut
 erat in principio. et multiplicium temporum vari-
 etas demonstratur. videlicet in sicut erat in prin-
 cipio. et in et nunc presens. in et semper. futu-
 rum et eternum. et in secula seculorum. longitudo
 magna. Unde origenes. Quociens secula seculorum
 nominatur. fortasse licet nobis ignotus. tamen
 a domino statutus aliquis terminus indicatur.
 Legitur quod Iherbrandus prior hamiacensis. factus
 papa gregorius. Dum in minoribus agens lega-
 tionis officio fugeretur. Archiepiscopus. Ebreduin-

de simonia accusatus. et accusatores omnes con-
 rumpentem. ita ut conuinci non posset miracu-
 lose conficit. precepit enim illi ut diceret versus
 gloria patri. et. Ille vero licet expedite diceret
 gloria patri. tamen et spiritui sancto proferre non
 poterat quippe quia in spiritum sanctum peccauit
 rat. Reatum ergo suum confessus et depositus
 mox expedite et spiritui sancto pronunciauit. Et
 nota quod gloria patri dicitur. xxij. vicibus in no-
 cturnis festiuitatum. prout dicitur in sexta par-
 te sub ti. de quinta feria cene domini. quod fit in
 honorem. xij. apostolorum qui sunt. xij. hore diei
 idest christi. a vero sole illuminate. et sunt duodecim
 hore. noctem. idest ecclesiam illuminantes qui
 dominum glorie in nocte huius seculi predica-
 uerunt. Tullius dicit. quod gloria est freques de
 aliquo fama cum laude. Ambrosius dicit. quod glo-
 ria est clara cum laude noticia. Augustinus di-
 cit in. v. de ciuitate dei de gloria seculi. quod gloria
 est iudicium hominum. tene de hominibus iudica-
 cium. Et post gloria patri subicitur alleluia de
 quo sub ti. de prima dicitur. Pymni quoque tam-
 ex institutione. Gelasij pape. quam ex approba-
 cione concilioz tholetani et agathensis. in singu-
 lis diuinis officijs canuntur. Est autem pymnus gre-
 ce. latine laus dei cum cantico vel vox humana
 in laudem dei metrico composita. Canticum vero
 est exultatio mentis. habita de eternis. in voce
 humani prumpens. quia vero psalmi sunt pymni
 Unde et psalterium dicitur liber pymnoz. Item in
 quibusdam ecclesijs pymnos non cantant. quod
 tamen approbandum non est quoniam non sine cau-
 sa sunt a sanctis patribus instituti. et preterea
 non omnis pymnus psalmus est et quando nil
 operando. deum cum mentis exultatione laudamus
 propter quam laudem exprimentem pymnus cantat
 Psalmi vero opera bona significant. ut infra di-
 cetur. Illud autem notandum est quod in diuinis
 officijs pymni preecedunt psalmi. In nocturnis vero. s. in
 vespers completorio et laudibus. matutinis e-
 conuerso. dies enim pertinet ad spirituales qui ha-
 bent gaudium conscientie. non ad penitentes qui
 habent remorsum conscientie. illos exultatio ducit
 in operatione quibus dicitur. Cantate ei canticum
 nouum. bene psallite ei in iocundatione. Istos pro
 operationem oportet venire ad exultationem.
 Idcirco in diuinis officijs pymni preecedunt psalmi.
 In nocturnis vero conuerso. In vespers autez
 et in prima quo loco pymni canentur ibi dicitur
 Rursus stans pymnos cantamus. in erectioe corpo-
 rum ostendentes quod in laudando deum. corda sur-
 sum erecta habere debemus. Veruntamen nisi
 mens consonet lingue. certum est vocem quantum
 libet clamorosa domino non placere. differencia
 ergo est inter psalmum pymnum et canticum. Nam in
 psalmi opera in pymno laus. in catico mentis exulta-
 cio intelligitur. De quo dicitur sub ti. de laudibus
 matutinis. De his tribus dicit apostolus ad colo-
 nj. in psalmis et pymnis et canticis spiritualibus
 cantantes et psallentes in cordibus vestris dominus

et in his tribus varietatibus omne genus musicorum accipi potest prout iam dicitur In nouo testamento hilari pictauiensis episcopus primus ymnorum carmine floruit et post eum Ambrosius itaque ymni ambrosiani dicuntur quia eius tempore plurimum in ecclesia mediolani cantari ceperunt. Postea vero in ecclesijs occidentibus quecumque carmina in dei laudem dicuntur ymni vocantur. Augustinus dicit in li. confessionum quod cum ambrosius a iustina imperatrice ariziana profugia damnata persecutione pateret et intra ecclesiam cum plebe catholica insidijs vrgeret instituit ymnos et ps. secundum morem orientalem decantari ne populus meroris tebio contatesceret quod ad omnes fuit postmodum deriuatum. Et aduertit quod in quibusdam ecclesijs ymnus natalis domini et festorum illius septiane sub eodem cantu dicuntur. Ratio est quoniam sicut membra ad caput sic sancti se habent ad christum a quo sicut a capite influencie eterne beatitudinis participare noscuntur. quare igitur hoc in choro exitit in eius natiuitate et consummatum in resurrectione quia tunc cyrographus damnationis deletus est et reseratum celum quod tot annis manserat clausum. Postea eo precepte tempore solennitates sanctorum sub cantu solennitatis christi rationabiliter recolunt. Hoc autem non contingit in cantu ymnorum paschalis tris in quo significat quod sanctorum gloria in ipsis nondum totaliter est perfecta propter appetitum resurrectionis corporum suorum et ideo ipsi christo nondum totaliter conformantur. Antiphona quoque in singulis horis ex institutione beati ambrosii dicuntur pro eo quod beatus ignacius tercius a beato petro antiochenus episcopus audisse legitur in tripartita historia super quendam motem angelorum choros antiphonas canentes inde enim greci primo antiphonas composuerunt et eas cum psalmis in choro quasi in coena cantari ordinauerunt qui mos ad vniuersas transiit ecclesias. ut iam vbiq; antiphona decantentur. Dicuntur autem antiphona respectu ad psalmodiam cui respondent sicut et responsoria respectu ad historiam unde et antiphona dicitur quasi ante psalmum sonans inchoatur enim ante psalmum qui opus significat ipsa vero significat caritatis copulam seu mutuam dilectionem sine qua opus non potest et per quam opus incipit merito esse. Recte igitur secundum eius tonum melodia psalmi informatur quia dilectio opera nostra informat et secundum hoc dicitur ab antiphona quod est contra et phanos quod est sonus quia psalmos secundum melos eius inchoatur et manus operatur secundum quod caritas igniculo excitatur. psalmus autem antiphona intersmiscetur quia fides per dilectionem operatur. vnde ante ps. imperfecte et post perfecte dicitur quia caritas in via imperfecte habetur seu hic inchoatur sed in patria per bona opera que hic ex caritate fiunt perficitur. Juxta illud Isai. Vniuit domus

nus cuius ignis in sion et cinis in iherusalem. In preceptis tamen festiuitatibus etiam ante psalmum perfecte dicitur ad notandum quod in illis perfectiores in bonis operibus nos exhibere debemus. Inchoatur quoque ab vno vnius chori et finitur a pluribus vniuersis choris. Primo quia caritas a viro sepe christo incipit et in membris eius consumatur ab ipso sicut ipse dicit in euangelio. Iohannis. Mandatum nouum do vobis etc. Deus enim prius dilexit nos. Vnde et nos communiter dilectioni eius correspondere debemus. Secundo ad notandum quod vox predicatorum que semper ad vnitatem tendit nos monet ut quod vnusquisque singulariter operando acquirit alteri per dilectionem porrigat vti vnus abscit in scolis et alii seminat in campo tempore fructus doctor seminandi doctrinam porrigat et factor doctori panem.

Ceterum antiphona post psalmos communiter ab omnibus cantatur quia de dilectione commune gaudium surgit. Cantatur etiam a duobus choris alternatim. Ad notandum mutuam dilectionem siue caritatem que in paucioribus quibus duobus consistere nequit. Coniungit ergo antiphona duos choros ut caritas per bonum opus coniungat duos fratres. Isidorus dicit in li. vi. et bimo. quod antiphona grece interpretatur latine vox reciproca quia duo chori siue vno ad vnum recipiendo vicissim melodiarum cantum alternant quasi duo seraphim duosque testamenta inuicem sibi edelamancia. Vnde clerici antiphonas cantantes non vertunt vultus ad altare sed se adinuicem versis vultibus respiciunt. quod genus canendi greci adiuuuisse eradunt. Est itaque antiphona quedam cantilena diuinis laudibus ad recreationem inserta. Nichil enim amplius caritate recreat animos que quia modulando cantantis iocunditate significat. Juxta illud psalmi ste psallite sapienter. Tunc enim iocunditas sapientia est cum de deo est. Tunc etiam manus subpennis sunt. Ezechiel. i. et in puer. Beatus vir qui inuenit sapientiam et qui affluit prudentia quia qui habet iocunditatem mentis de eternis. defacili affluit prudentia id est bonis operibus quibus sibi prouidet in futuro. Vel secundum moysen antiphona est quedam vox qua sibi inuicem angeli collocuntur. Sex autem antiphona que dicuntur feriatis ante ps. nocturnales dicuntur de psalmis sumuntur et bonorum operum perfectionem vel sex opera misericordie designant quoniam senarius numerus perfectus est. Ille vero que dicuntur super benedictus in laudibus et super magnificat in vesperis de euangelij dierum in quibus dicuntur sumuntur exceptis illis que in quinta feria dicuntur. prout dicitur in vi. parte sub. v. feria secunde dominice. xl. Rursus in quibusdam ecclesijs in fine antiphona fit neuma seu iubilus. quia beatus populus qui scit iubilationem. Est autem neuma seu iubilus ineffabile gaudium seu mentis exultatio habita de eternis. Itaque in diebus ieiuniorum et afflictionum non debent fieri nec in iudicio

eitharizari. et fit neuma in vinea et finali littera
 antiphone. **A**d norandum quod laus dei ineffabilis
 et incoprensibilis est ineffabile namque gaudium p
 neuma significatum. quod hic per gustatur. nec peni
 tus exprimi. nec penitus taceri valet. quod merito
 ecclesia verbis omittis iubilando cum neuma. quasi
 in admirationem profertur. ac si dicat que vox. que po
 terit lingua retexere. et Verba enim hic non suf
 ficiunt nec intellectus capit nec amor etiam di
 cere sinit. **Q**uis enim plene enarraret quod oculus
 non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis
 ascendit. **N**eumatizatio ergo expressius quodam
 modo sine verbis dicitur. quasi per verba innuat quantum
 sit illud celi gaudium ubi verba cessabunt. et om
 nes omnia sciens. **P**er quia perfectorum tan
 tum iubilus est et in magnis solennitatibus non
 tam maiores quam etiam minores exultant inde est
 quod in quibusdam ecclesiis in quibus neuma non
 dicitur. vox non significatiua in vocem signifi
 catiuam conuertitur. quia loco iubili et neume
 trophi et sequencie decantantur ad quas laudes et
 minores et maiores passim admittuntur. et ideo
 communit ab omnibus decantantur. In quibus an
 tiphonis dicitur neuma seu iubilus et quia hoc
 potius fit in tempore paschali. dicitur sub ti. de
 laudibus matutinis. **J**ubilus autem diuersa signifi
 cat et in diuersis locis in eodem respectu se
 pe fit prout dicitur in sexta parte sub natali. **I**n
 te neuma que fit super alleluia in quarta parte
 sub alleluia dictum est. **I**tem in quibus antiphon
 nis dicitur alleluia in sequenti parte sub festo
 natalis dicitur. **E**t nota neuma neume sine. p. et
 in feminino genere est iubilus de quo dictus est
Sed pneuma pneumatice graece scriptum per. p
 in neutro genere est spiritus sanctus utrunque
 tamen pro feminino sepe ponitur in scripturis
Sane neume que in missa fiunt repitant gau
 dium. que potius fieri solent in. e. ut in kyrie. vel
 in a. ut alla. qua in alijs vocalibus. **A**d notan
 dum gaudium spirituale quod nobis restitutum est
 in partu virginis. cui facta est mutatio huius
 nominis eua in aue dicente angelo. **A**ue maria
 et. et ibi mutans nomen eue. **S**ignificatio namque
 huius nominis eue manserat usque ad angeli salu
 tationem. **I**lla autem significatio a. et eue nascen
 tes infantes exprimit. **N**am femina nascens pro
 fere. e. masculus vero a. v. ver. **E**t dicitur e. vel a.
 quotquot nascuntur ab eua. **I**lle ergo neume non
 significant dolorem quem nobis attulit trasgres
 sio a. et eue prout quibus scripserunt sed gaudium
 nobis in promissa saluatione virginis restitutum
Rursum considerandum est quod fere vbiunque in
 cantu scribitur iherusalem neuma producit. ut
 celestis iherusalem iubilatio figuretur. exem
 plum habetur in alleluia. **T**er decet quod cantant
 dominica decima post penthecoste. **I**tem etiam
 est. quociens alleluia duobus versibus insignis
 mus ut de stola duplici gaudeamus. **E**xemplum est
 in alla. **P**ascha nostrum quod dicitur in die resur
 rectionis et in alleluia. **A**ngelus domini quod

dicitur in sexta feria tunc sequenti. **V**erumque alla
 duos habet versus. prout gradualia antiqua ostē
 dunt et sic de alijs. **I**n quibusdam tamen festiui
 tatibus quidam versiculi in nocturnis antiphon
 nas precebunt. de quo in sequenti parte sub do
 minica de trinitate dicitur. **P**ost antiphonas
 in singulis horis diurnis et nocturnis ex insti
 tutione **D**amasi pape. psalmi ad antiphonam simplici
 nam canuntur et significat psalmi boni et diuina
 operatio. **V**nde dicitur in psalterio de cecordo psal
 lau tibi. **I**n tali enim instrumento psallebat in
 nuens quod in psalterio spirituali spiritu viuifica
 to per fidem de tenemus psallere deo. decem legis
 mandata implendo. **I**pse autem damasus in
 stituit ut chori in duas partes diuisi psalmos can
 nerent alternatim. **E**t dicitur psalmi alterna
 tim. ad notandum alternam sanctorum ad bene
 operandum exhortationem. **P**roficiat namque tribus.
 confusi et quasi in chorea dicebantur. **I**deoque san
 cti patres ordinauerunt ut alternatim dicerent
 id est una pars chori unum versum. et altera.
 alium diceret. quod beatus ignaceus primum sta
 tuisse fertur in ecclesia antiochena. pro eo quod in
 visione audiuit angelos antiphonatis psalmos
 psallentes. **D**e hoc etiam dictum est in prima parte
 sub ti. de ecclesia. **D**icuntur etiam alternatim. ad
 notandum quod alter alterius onus ferre debet.
Psalmos quoque stando dicimus ad ostendendum
 quod stantes in bonis operibus vincimus. **D**um enim
 populus israel cum amalech pugnabat quam
 diu moyses manus leuabat populus vincebat.
 quando vero manus dimittebat. populus vince
 batur. **E**leuatio igitur ad standum significat me
 tis nostre deuotionem. ut statu corporis. mentis
 affectione in mostremus videlicet nos paratos
 esse siue ad domandum carnem. siue ad exercici
 um operis. **L**ectiones vero que sunt doctrina no
 stra in silencio et sedendo audimus. quoniam doctri
 nam sedendo et quiescendo recipimus. **V**nde eccle
 siasticus. Sapienciam scribe in tpe ocij. et qui mi
 noratur actu percipiet eam. **E**t iteque verba sapien
 cie in silencio et quiete discuntur. **E**t propterea ait
Erit cultus iusticie silicium. **S**anctos quoque sta
 tes oramus. significantes eos in perpetua leti
 tia fore. **J**uxta illud. **S**tates erant pedes nostri
 in aeri. **S**ane in diurnis horis. sex psalmi dicuntur
 per quos sex opera misericordie denotantur. qui
 bus in vinea domini laborantes intendere debent
 que si pie et mundo corpore exerceamus. a seru
 tute diaboli liberati ad libertatem vite puenimus
 et retributionem diuini tenarij recipimus. **V**erum
 tamen sub tribus glorificationibus dicuntur ad
 insinuandum fidem sancte trinitatis. ad quam di
 uina sunt opera referenda. **I**n vespere vero quin
 que dicuntur. prout ibi dicitur. **E**t sunt psalmi horum
 inuariabiles prout sub completorio dicitur.
Illud quoque pretermittendum non est quod vni
 atque idem psalmus in varijs festiuitatibus can
 tatur pro eo quia ibi versus pertinentes ad illas
 inueniuntur. verbigracia in natiuitate cantantur

p̄a. **C**ruentis. p̄ter versum illum. **S**peciosus
 forma cantamus etiam illum in festo virginū
 p̄ter versum. **A**dducuntur regi virgines. 7c.
 et etiā in festo apostolorū p̄ter versum. **P**ro pa-
 tribus tuis 7c. **J**em ps. **Q**uare fremuerūt cā-
 tantur in natiuitate p̄ter versum. **D**ominus dix-
 it ad me et in passione domini p̄ter versum. **A**sti-
 terunt reges terre. et sic de alijs. **P**roterea vnū
 et idem vocabulum sepe diuersimode accipitur v̄
 bigracia hoc nomen templū significat corpus
 ebusti vt ibi. **S**oluite templum hoc aliquando si-
 gnificat templū materiale. inde est q̄ psalmū
 illum. **M**agnus dominus et cantamus in na-
 tiuitate p̄ter versum illum. **S**uscipimus deus 7c
 intelligimus em̄ ibi de templo corporis. **C**anta-
 mus etiam eundem psalmum in purificatione et
 ibi accipimus de materiali templo in quo fuit e-
 adem die presentatus. **D**e psalmodia tam no-
 cturna quam diurna in suis locis dicitur. **E**t
 nota scdm̄ **H**eronymū. **Q**uod melior est quinq̄
 psalmodum cum cordis puritate et serenitate
 spūali et hilaritate decantatio. quā totius psalte-
 rij cum anxietate cordis atq̄ tristitia modula-
 cio. **P**ostremo notandum est q̄ psalmi gradu-
 ales sunt. xv. qui signati sunt p̄ quindecim gra-
 dus quibus ascendebatur ad templum salomo-
 nis quod erat in monte. **D**os quindecim gradus
 vocant quidā canticum graduū eo q̄ in quolibet
 premisso quindecim graduū. singuli psalmi
 decantabatur. et hoc verbū graduum casus
 genitiui ē. **D**e dictis gradibus dictū est in pri-
 ma parte sub ti. de altare. **S**ignificati sunt etiā
 dicti. xv. psalmi. per alios quindecim gradus.
noster. et postea. Respice domine in suos tuos
et. ubi dicitur. et dirige filios eorum. filij nostri
sunt cogitationes que de mente nostra nascuntur
quas ad opera domini implenda rogat dirigere.
Operavero manuum nostrarum sunt opera exte-
riora que interius a cogitationibus procedunt
Sed quia omnia ad unum tendunt. Ideo postea
dicit opus singulariter. cum dicit. Et opus ma-
nuum nostrarum dirige. Et iterum opilio siue pa-
stor pro omnibus quibus orat generaliter dicens.
Dirigere dignare domine. Oratione vero ser-
uicium concluditur ut diuina gratia que actio-
nes nostras precedit etiam ipsas subsequatur.

Ora tertia deo laudes exolumimus. quo-
modo in illa secundum Marcum. Ihesus linguis

iudeorum morti adiudicatus est et a pilato ad co-
lumnam ligatus est et flagellatus. Merito ergo ho-
ra illa oramus. ut sicut spiritus sanctus ab adamo
per dyaboli suggestionem sepatus est. ita per
christi crucifixionem dignetur eadem hora spiritu
sanctus in cordibus nostris infundi. In hac etiam
hora repromissus spiritus sanctus datus est apo-
stolis. et visibiliter dei magnalia loquebantur
Vnde in actibus apostolorum. Non sunt isti ebrii
cum sit hora tertia diei. propter quod et ymnus
sanctus nobis spiritus sanctus. Dicitur etiam psalmus.
Legem pone. quia tunc lex noua data est apostolis
Quia vero homo pro lege dei a morbo peccati
sanatur. iuxta illud Sapientie. Nec herba nec
malagma sanabit eos. sed tuus sermo domine. et.
Deo in quibusdam ecclesiis dicitur capitulum
illud. Sana me domine. et. Hieremias. et. et. et.
sorium. Sana animam meam. et. Et quandoque il-
lud dicitur. Caritas dei diffusa est. Romanus. v.
c. Et quandoque illud. Obsecro vos fratres per
misericordiam dei. Roma. xij. c. Rursus quia
non potest sanari nisi conuertatur. Ideo sequitur.
versus. Adiutor meus esto. et. quasi dicitur quia
uis liber et sanus in via tua sum constitutus tamen
non sufficio sine tuo adiutorio. puenire ad illam
meridiam de qua dicitur. Indica michi ubi pas-
cas. ubi cubas in meridie. Vnde dicitur. Adiu-
tor meus esto domine. et subiungitur. Ne dere-
linquas me. id est inceptum meum ne intermit-
tas. quia sine te nichil est conatus meus. neque
despicias me. id est ne contempnas quod ego morta-
lis te eternum audeo querere. quia tu es deus meus
qui me creasti et recreasti. salutaris meus. id est
qui sanas plagam peccati mei. Deinde omnes
ad orationem prosternunt. et prosequitur sacerdos
modum orationis quem apostolus docet dicens
Primo omnium fiant obsecrationes. orationes
postulationes. et gratiarum actiones. pro omni-
bus et pro his qui in sublimitate sunt. Obsecra-
tio fit cum adiuratione pro malo remouendo. Ora-
tio pro bono impetrando. vel pro malo supando.
Postulatio pro bono adipiscendo siue cumulando
Gratiarum actio pro bono iam collato consu-
ando. Obsecratio est ibi Ego dixi. et. ubi petit vul-
nera sanari et medicinam dari. Oratio ibi. fiat mi-
sericordia tua domine. vel ibi. Ostende nobis do-
mine. Postulatio ibi. Conuertere domine usqueque.
ubi postulamus ut per domini auxilium omnia
nobis aduersa remoueantur. Gratiarum actio ibi
Sacerdotes tui induantur. et hoc pro nobis
omnibus. Item orat pro regibus qui sunt in sublimi-
tate dicens. Saluum fac regem. et oremus pro
prepa pontifice nostro. et pro omnibus viuis di-
cens. Saluum fac populum tuum. et. Et pro defun-
ctis dicens. Oremus pro fidelibus defunctis. Ses-
quitur etiam. Misere mei deus pro his qui sunt
in grauioribus peccatis. sicut precessit dominica
oratio pro his qui sunt in quotidianis. Post
surgit opilio siue sacerdos et omnibus prostratis ma-
netibus orat pro vniuersis. de quo dictum est sub prima

Hora sexta pro nobis crucifixus et clavis ostendit est xpus. quare tenebre super omnem terram facte sunt. ut soli morte domini sui lugens. se quasi nigris tegeret vestibus. ne illum crucifigenti b9 lumē pberet. Hac etiā hora in die ascēsis eius discipulis discubuit. Merito ergo ecclesia illa hora deo laudes exhibet. gratias ei agēs quia p ipa xp̄us pati voluit. ppter quod ipm diligit vehementer. Undem canticis. p̄uncia te dilecto quia amore languet. et ob hoc tunc dicitur psalmus. Defecit in salutari tuo rē. Dicitur etiam responsorium. Benedicam domini in omni tempore. scz quia dignatus est pati p me id est pro salute anime mee. Hac etiam hora adam de paradiso eiect9. ē. Recte ergo illa hora deum deprecari debemus. ut vnde ille p̄p̄ superbiā eiectus est. illuc p humilitatem a bonā operationem redeamus. Hanc officiū sexte statui temporis respondet. sicut et officia aliarum horarum. In prima namqz hora est inchoatio. In tertia profectus. In sexta consumatio. secundū q̄ sol in p̄ma incipit lucere. In tertia magis calet. In sexta est in summo feruore quod indicat verba ymno. que in ipsis horis et etiā nona p̄mittunt. Inchoationi respondent vba. que dicuntur ad primā in psalmo. Deus in nomine tuo saluum me fac. et in virtute tua libera me. id est sepa me a zypheis. In principio namqz n̄e ouersionis incipimus a malo separari. Vnde merito ibi petimus qui tandem loco et p̄mio separati sumus. Ad idem p̄met quod dicit secundus psalmus. Viam dirigant vie mee. Et qd dicit tertius ps. Retribue suo tuo. exponitur. id est frequentet tribue. Et vbi dicit. Viuifica me rē sup̄plendum est qui p̄mortuus eram per peccatum. Vnde petit per gratiā iustificari. Ad profectum pertinet quod dicit in principio tertię. Legem pone michi domine. Sibi enim posito in via petit dare legem correctionis. Ad consumationē pertinet quod dicitur in p̄ncipio sexte. Defecit in salutari tuo anima mea. rē. id est anima mea posita in salutari tuo defecit a terrenitate. Vel defecit in salutari tuo. id est aia mea tendens in salutare tuum defecit in terrenitate q̄to em̄ quis magis rēdit in dilectōz dei. t̄to magis deficit a terrenis. et quasi p̄m̄io de siderio languet. iuxta illud. Fulcite me florib9 stipate me malis. quia amore languet. Per flores quidem micia bonoz operum. p mala p̄fectio accipiē. que etiā alios accendens quodam modo consolatur. non in hic plenam recipit consolationem. s̄ potius affligitur ex dilectione. Vnde sequitur. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. et in secunda pte. Quomodo dilexi legem tuam. et in tertia. Oculi mei defecerunt in salutari tuo rē. Ad hanc perfectionem p̄met responsorium. Benedicam dominum. a versiculus. Dominus regit. Nam sicut habet alia trālatio. Dominus pascit me nichil michi deerit. i

loco pascue ibi me collocauit. id est dominus ē pastor meus in quo sum tutus et sufficiens. vñ sequitur. Et nichil michi deerit. Spiritualem em̄ substantiā credit a deo sibi offerendam. qz iam scit se esse collatum in loco pascue. vbi fideles in fide plenius corroborantur. Vñ dicit ibi me collocauit. Quem em̄ dominus pascit i aduētu spiritus sancti eundem regit. id est in bonis opibus facit eū delectari. et per rectū iter ducit ad tutissimā ciuitatem iherusalem. Tali nichil deest teste apostolo qui dicit. Omnia i eo possum qui me confortat. Dicitur autē q̄qz capitulū illud. Alter alterius onera portate. Galat̄. vij. a. Quandoqz illud. Nolite conformari huic seculo. Roman. xij. a.

Hora nona xp̄us clamās emisit spiritus. Mori em̄ voluit p homie illa hora in qua homo de paradiso expulsus est. et in eadem hora per mulierē et lignuz redemit. quos p mulierem et lignum decepat hostis. Ars autē vt ars falleret. et me. fer. in ho. Vnde legitur. In eadez quoqz hora miles latus xp̄i apuit. ex quo duo nostre saluatōis sacramenta. scilicet aquam baptismi. et sanguinem n̄e redemptōis nobis eduxit. et velū templi scissum est et monumenta aperta sunt. Eadem hora iferna penetrās iertricabiles tartari tenebras ofringēs. serasqz eius cōtinuens. captiuitatē sanctorū secum transtulit ad celos. igneaz tūphea submota antiquū incolā paradiso restituit. Eadem etiam hora ceteros apostolorū ad orandū conuenire consuevit. Et petrus et ioh̄s ascēdebant in templum causa orationis. Petr9 qz eadem hora ascendit in cenaculum oraturus. quando raptus est in extasim. et in theolū plenum reptilibus de celo ante se dimitti vidit audiens. Petre mac̄ta et manduca. Merito igitur ppter has p̄rogatiuas hac hora deus ecclesia laudat dicens ps. Mirabilia rē. et responsoriū. Redime me domine. orans p sua redemptōe. ne oblita esse videat q̄ tali hora redēpta est. Illud autē ofiderandum est. q̄ in hora nona iam sol declinauit a centro. status ergo tempis innuit statum virtutum. innuit em̄ feruorem virtutum in quo animus p̄us erat p̄temptatōes esse tepēfactū. nam vt ait beatus greg. Vicia nos temptāt. virtutes nos humiliant. Cum em̄ vir p̄fectus temptat ab altitudine intimi gaudij. descendit ad considerandū suā fragilitatez et ad videndū q̄ facilis sit ad casum. vt patet in apostolo qui dicebat. Re magnitudo reuelationum ex me rē. Gaudebat enim paulus de reuelatōe. dolebat de temptatōe. Vñ ip̄e dicit. Propter quod ter dominū rogauī rē. Nisi enīz sibi molesta esset rēptacō. nō rogaret vt tolleretur. Non est tamen snblata. quia per infirmitatem virtus cui gaudium debetur p̄ficatur. Vñ tribulationes et angustias notāt aliqui versus psalmoz. none vt in p̄ma pte. Tribulatio et angustia rē. Et in s. da. Multi qui p̄secutē. et in

tercia exaudi etc. Ab eisdem petimus liberari in
 responso Redime me id est fac ut effectum
 redemptiois tue que facta est in sanguine tuo
 sentiam in tribulationibus meis. Hoc idem est in
 versu. Ab occultis meis munda me id repellere
 a me malam cogitationem et spesce sua fore. Sicut
 Augustinum. Et nota quod responsoria dominice
 calia in tribus horis scilicet tertia sexta et nona co
 uenienter respondent responsorijs ferialibus.
 Nam in responsorio feriali ad tertiā scilicet Sana
 animam meam etc. petitur sanitas vulnerum que
 preterita peccata fecerunt. Et in responsorio domi
 nicali Inclina cor meum etc. et in versu Auerte
 oculos petitur cautela de futuris quod fit im
 plemente diuinorum mandatorum. Item in feri
 ali responsorio septe Benedicam dominum etc.
 fit iugis diuine laudis promissio. In dominicali re
 sponso In eternum domine etc. fit promissio
 impletio. Ibi enim promittit se laudaturum et hic
 laudat. In responsorio feriali none Redime me do
 mine etc. petitur redemptiois effectus quo fit
 ut res mentis id est amor sit directus ad deum
 Et in responsorio dominicali Clamaui etc. promittit
 effectus pedis id est amoris scilicet clamor ad deum
 ex amore est enim clamor cordis. In pluribus
 tamen ecclesijs sunt eadem tam in ferialibus quam
 in dominicalibus. Et est notandum quod versus qui
 dicuntur in tertia in sexta et in nona neuma ha
 bent ad designandum quod in nulla hora expre
 re valeamus gaudium et brauium sempiternum

Capitulum dicitur quandoque. Omnia proba
 te. Thessal. v. c. Et quandoque. Sicut in vno cor
 pore multamembra habemus Ro. xij. a.

In hora vespertina significat ecclesia pri
 mu aduentu domini qui fuit vespere ve
 spe mundi in vltima etate de qua psallit red
 dit gratias deo iuxta illud apostoli. Nos sumus
 quos fines seculi deuenerunt. Preterea christus
 in vespa de cruce depositus fuit. Eadem quoque
 hora in cena sacramentum corporis et sanguis
 mis instituit. pedes discipulorum lauit. Discipu
 lis euntibus in emaus in habitu pegrini fras
 ctione panis se manifestauit. Merito ergo ec
 clesia christo in hac hora gratias agit. Est tamen
 duplex mundi vespa. prout in sexta parte sub ephra
 dicetur. Sane sicut ait Ricardus episcopus ere
 moni. in mitrali officium diei sequentis incipit
 in vespis quia vespertina finis id est hora. Pri
 mu est officium secundum eorum consuetudinem in
 ternario numero prout dictum est in phemio
 huius partis. Unde vespertinum officium a ve
 spa stella nominatur que in principio noctis ori
 tur. Preterea licet ab initio mundi dies prece
 deret noctem in nocte tamen dominice resurre
 ctionis. nox cepit precedere diem. ut dicitur in
 sexta parte sub sabbatho sancto in principio.
 Dicit autem ecclesia in hac hora quinque psalmos
 primo propter christi quinque vulnera qui pro nobis
 obtulit sacrificium in vespa mundi. Secundo ad
 correctionem ut videlicet defleamus et peramur

ueniam peccatorum que in die per quinque iesus cor
 poris committunt et ad nos intrant iuxta illud
 ierem. Mors intravit per fenestras nostras. Quis
 enim est qui visu non concipiat. Tercio pro ipsos
 quinque psalmos munit se ecclesia contra noctur
 nales tribulationes. Nec enim hora insinuat fle
 tum eorum quibus occidit sol iusticie et ita sunt in
 vespe de quo dictum est. Ad vespum demora
 bitur fletus qui durabit usque ad matutinum.
 id est quousque sol fidelibus oriatur qui occide
 rit peccatoribus secundum quod legitur. Et ad ma
 tutinum leticia. Et propter eandem etiam caus
 sas peccatus quinque digitis iudicamus. Rursus
 secular es dicunt quinque psalmos. religiosi ve
 ro quatuor. propter rationem tangendam in vi
 parte sub ti. de aduentu. Et nota quod vespertinu
 matutinumque officium ceteris horis in numero
 psalmorum preferuntur. eo quod in senaria operum
 distinctio. vespere et mane solummodo memo
 rantur. et in veteri lege matutini et vespertini
 officij antiquitas commendatur. quinque ergo ps
 in sex vespertinis ebdomade officijs dicuntur et
 cantantur psalmi secundum materias diei. ut ec
 ce in septima die. scilicet in sabbatho propter resurre
 ctionem que sequitur. agimus de victoria et lau
 de dei que sequitur victoriam. Unde in primo
 ps. scilicet Benedictus dominus. ad literam agi
 tur de victoria dauid contra goliath. quantum
 vero ad spiritualem solum de victoria nostra
 qua dyabolum superamus. quia ergo post vic
 toriam nil restat nisi laudare dominum. pro que
 victoriam habemus. Ideo sequuntur quatuor ps
 qui sunt de laude. In primo enim laudem pro
 mittit ecclesia dicens. Exaltabo tibi domine. In
 secundo seipsam incitat. Lauda anima mea domi
 num. In tercio alios inuitat. Laudate dominum.
 In quarto congratulatur celesti iherusalem di
 cens. Lauda iherusalem dominum etc. et sic de
 alijs ferijs et ps. In quibusdam ecclesijs sta
 tim post psalmum sequitur ymnus. et post ym
 num lectio siue capitulum. In quibusdam econ
 uerso. Et in quibusdam ymnus non cantant qui
 post psalmos immediate ymnus cantant. Ogru
 um ordinem suare videntur. quoniam primo est
 in corde dilectio que per antiphonam designa
 tur. Deinde sequitur bona operatio. qua ps. di
 signat. Postea mentis exultatio que per ymnus
 notatur. Sed quia exultatio sepe negligentiam
 parit. Ideo sequitur lectio seu capitulum que
 hominem ad cor reuocat. Qui vero lectionem ym
 no imponunt volunt ymnus locum responsorii ob
 tinere. Unde cum in festiuitatibus responsorium
 post lectionem cantant. ymnus pretermittunt
 Ad maiorem tamen exultationem notanda in qui
 busdam ecclesijs utrunque cantat. et tunc respon
 sorium precedit ymnus. ad notandum quod tunc
 maxime respondere debemus exhortationi per
 procedens capitulum facte. post quod statim sequi
 tur responsorium. Tamen generale est quando
 cunque cantatur responsorium. precedere debet

lectio cui respondere debet. Qui vero ymnus non cantant illud attendere videntur. q̄ canti cum beate marie sequitur quod excludit respō forium cuius locū tenet ymnus. Nam si canticū zacharie in laudibus matutinis excludit r̄isori um. multo magis canticum beate marie virgis excludere debere videt̄ in vesp̄is. Et nota q̄ ad vesp̄as dicitur capitulum. Benedictus d̄s et pater. sc̄da ad corinth̄. i. a. Et illud Domin⁹ aūt dirigat. secunda ad thessal. iij. a. Post ym num sequitur versiculus. videlicet in sabbato. Vesp̄ina oratio r̄c. In alijs diebus. Diriga tur domine. Et vterq̄ versus vesp̄inum tem pus designat. in quo cantatur quod sonant ver ba illa que i psalmo secuntur. sc̄z. Eleuacō ma me. sacri. vesp̄inum. Optat enim vt oratio diri gatur ad dominum. quod de veteri testamēto tractum est. vbi habetur q̄ hora vesp̄ina sacē dos intrabat s̄ctum tabernaculum vel templū ut offerret thimiama super altare incensū. sicut mane intrabat vt offerret incensū. Hoc thimia ma significat suauitatem odoris. hinc habz cō suetudo vt dum dicitur versiculus sacerdos thu rificet altare ad implendum iuge sacrificium. sic enim fiebat in lege in qua duo agni offere bantur. vnus mane. alter sero. et hic pm̄gior. ad notanduz q̄ caritas crescit. Deo ergo thu rificatur. vt simus semp bonus odor deo. p̄fis ciendo in scientia et doctrina. Etiam quia p̄pter p̄missiones dei debemus tales esse vt simus et boni odoris. Vel ideo in vesp̄is et matutinis. p̄ psalms n̄ lectōez dum versus dicitur. in cē sator. ad notandum q̄ nemo potest bonū odo rem deo reddere. vel bonum exemplum operāz di alijs dare. quod per incensū significatur nisi prius in iudicio dei opetur. quod per p̄s. et ali os doceat. quod per lectionem notatur. Vnde mos inoleuit. q̄ m̄cipuis festiuitatibus anti phona ad magnificat et benedictus ter d̄z. siue totiens canendo. p̄celatur. donec omnis popu lus qui inter est incensū repleatur odore. Et vl timo dicit̄ cum neuma voce quidem non signi ficatiua. put dictum est in p̄hemio huius p̄ris Sacerdos autem qui maior est in ecclesie offi cio vt qui vicē tenet aaron debet incensū offer re vt sit thimiama s̄p̄iternū coram domino et suaue flagrans odor. iuxta illud. Dirigatur do mine oratio mea. sicut incensū in conspectu tuo De hoc dictum est sub laudibus matutinis. Si citur ergo in vesp̄is versiculus exhortationis. scilicet vt excitet pigros ad intelligendum p̄ missa dei. que continentur in cantico illo beate marie. Magnificat anima mea r̄c. q̄d est luc. i. c. Prima promissio facta fuit noe. Vnde Gen. Pnam arcum meum in nubibus celi. et hec im pleta est. Secunda abrahe et dauid. abrahe di ctum est. In semine tuo benedicetur omnes gē tes. dauid dictum est. De fructu ventris tui po nam super sedem tuam. et hec impleta est i bea ta virgine. quod notat̄ i cantico suo ibi. Recor

datus misericordie sue. et per hoc certi sumus q̄ dabit nobis vltimam. scilicet paradisu. Iso autem canticuz ip̄m quotidie dicitur. vt frequ tior dominice incarnationis memoria animas fi delium in opere dei et in doctrina se exercentiū ad deuotionem operis incepti accendat. Cū em̄ in cantico ip̄o notentur cogitationes. sicut in psalmo opera. Si diligenter beate marie actus et dicta sepe recolimus obseruantia castitatis. et virtus operationis semp ad ip̄ius operatō nis imitationem perseuerabunt in nob. Nec eē mouebit nos fauor humanus indebitus. nō tē poralium immoderatus appetitus. non t̄p̄alis affectio. non de impetranda commissoz venia desperatio. Nempe non nos mouebit indebit⁹ fauor humanus. quia cum beata virgo cōmen daretur a beata elisabeth dicente. Vnde s̄ mi s̄chi vt veniat mater domini mei ad me r̄c. Non ip̄a mota fuit fauore humano. sed suans humi litatem clamauit. Magnificat anima mea domi num. et tandem adiecit. Quia respexit humili tatem ancille sue. Et nota q̄ dicit respexit hu militatem. et non dicit. respexit virginitatem inuēs mētis virginitatē p̄ualere corpis itegri tati. Terum ideo dixit humilitatē. qz de⁹ sup bis resistit. cosq̄ a beatoz sorte seceruens per varia penaz loca p̄ peccatoz impietate disp sit. Non nos mouebit immoderatus t̄mpaliuz appetitus. quia sicut ip̄a dixit iudex noster. Si uites dimisit inanes. et. Deposuit potentes de sede. Non t̄mpalis afflictio nos mouebit. quia deus exaltat humiles. In hoc em̄ cantico exem p̄lo humilitatis eius reformamur et filij dei ins carnacō p̄ quā depo. po. de se. et exaltauit hu miles. ad memoriā reducit. vt fidei nostre de uocō excitetur. Non desperatio de omissoz im petrada venia. qz misericordia eius a p̄genie i p̄genies timentibus eum. Beda dicit. q̄ inde i oleuit consuetudo vt in officio vesp̄itino can tetur canticum beate virginis. Et potius in ve sp̄itino q̄ in officijs alijs. Primo quia in ip̄a ve sp̄a mūdi. suo singulari assensu mundo succurrit p̄dito. Secdo quia p̄ hoc fit incarnatōis in ves p̄pera mundi facte iugis recordacō. Tercio. q̄a ip̄a est stella maris. que in huius mundi vespe re nob̄ lucere cepit. sicut vespera stella a qua d̄z vesp̄itinū officiū. in inicio noctis lucere in cipit. Quarto vt mens nostra p̄ diē varijs fati gata cogitatōibus. imminēte quietis scilicet no ctis tempore. recolendo dicta dei genitricis. quicquid supfluum vel nociuū diuturna euaga cio contraxerit. totū hoc p̄abus et lacrimis ea intercedente mundetur. Quinto qz virgo por tavit dominum in vespera mundi. Rursus ca niē in sexta laude. quia dominus in sexta etate uēit sicut et canticū s̄ymeonis in septima p̄p̄ se ptimā etatē q̄scētū. put tactū est sub laudibz matutinis. Ceterum hoc canticum est exulta tio laborantium quoz spiritus exultat in d̄no. quia fecit eis magna qui potens est. cuius mia

est in secula. Ob hanc exultacionem representan-
dam lampades accendunt in vespere. Vel p̄
canticis principaliter accendunt. eo q̄ de euāge-
lio est. vel ut nos de numero adolescentularum
et quinq; prudentum curiam cum lampadibus
bonorum operum in odore vnguentorum beate virginis
intrañtes euz ea in gaudium domini n̄ri. Et quia
opa n̄ra non sunt in lampadibus radiacia. n̄ fue-
runt caritate informata. Ideo canticus claudite
sub antiphona p̄ quam caritas designat. Re-
cantata antiphona in p̄festis diebus p̄sternit
se ecclesia in oracione p̄lixius orans quā in alijs
officijs. quia specialiter orat p̄ his quibus oc-
cidit sol iusticie. Licet et p̄ alijs orat. et facit ea
que dicta sunt superius sub t̄. de tercia. vbi de p̄-
cibus agitur. In solēmbus vero diebus. statim
dicitur collecta. et quasi stātes oram. De quo
et in quibus officium vespertinum cum hora p̄ma
conueniat. ibi etiam dictum est. Mortuorum offi-
cium incipit a vespere. non tū habet secundas
vesperas. ad notandū q̄ hoc officium finez ha-
bet. q̄ anime saluandoz ab omni pena libe-
rate. eterna beatitudine fruēt. Sed sancti de
quoz glorificacōne in aia iam certa est ecclesia
p̄imas et sc̄das vespere habent. si in festo eoz
rū nouem lectiones dicant. Primas em̄ h̄nt p̄
glorificacōne anime iam p̄cepta. Secundas p̄
glorificacōne corp̄is quā habebūt. que nunq̄
finem habebit. Si vero habent tantū tres le-
ctiones p̄imas vespere habent tantū modo. qz
et ipi duplicē stolam habituri nō sint cū s̄ om-
nibus electis nō oueniat. Sed ecclesia ad ostē-
dendum differenciam p̄miorū illis et istis debi-
toz. magis solēnsat p̄ illis de quoz maioribus
meritis sibi p̄ miracula siue p̄ alia documē-
ta ostat quāuis ad plenū certa esse non possit.
Nam et stella differt in claritate a stella. Vnde
Auḡ ait in sermone de beato stephano. Cum p̄-
ciola sit mors sanctorum. si quid distare inter
martires potest. precipuus esse videt̄ qui pri-
mus est. Quoz tū in vespere p̄cedētibz dicit̄ so-
lūmodo antiphona et collecta de festo sequēti
put dicitur sub vigilia natal. Postremo no-
tandum est. qz religiosi ante completorium p̄mit-
tunt collacionem. que a sanctis patribz origi-
nem traxit qui dictis vespere ouenire et de sc̄p-
turis sacris offerre solebāt ad instar opariorū
ad recreacionem adiuicē confabulancū. Ideo
qz tunc vitas vel collacōnes patrū. et his simi-
lia. que potius sint ad recreacionem et delecta-
cionem legūt. et erudiciores si dubium occur-
rit interrogant.

In hora completorii x̄ps cū discipulis orauit p̄rem.
Eadem qz hora sanguineas guttas sudauit. et ec̄
corpus eius in sepulcro positū fuit et custodes
deputati. Merito igit̄ in hac hora ecclesia deo
laudes et gratias agit. Illam etiā in memoriā
eterni gaudij celebrat. Nam completo electoz
numero in illa hora opletur gaudium sancto-
rum in die generalis retribucōnis. et inde est qz

completorium significat gaudium. Dicit̄ autē
completorium qz in eo opletur cōmuni v̄s
locucōnis. cibi et potus. et alioz q̄ necessario
pro corp̄is sustentacōne sumunt. Et secundū
s̄ etiam significat finem vite p̄ntis. Sane hoc
officium incipit p̄ter morem alioz officioz.
Conuerte nos de 92. Quia em̄ q̄si tota die p̄sal-
modie instituumus. et pene impossibile ē
quā aliquem puluerem sup̄bie oraxerim. et qz se-
pe etiam. uij illud. Etiam sicut ouis que pe-
rit. inde est qz nos humiliātes dicimus. Con-
uerte nos 2. P̄terea quilibet p̄fectus et bo-
nus. estimare se debet imperfectū siue insipientē
iuxta illud. Justus accusator sui est. Ideo dicit
sacerdos. Conuerte nos 2. in his verb̄ indicat̄
se p̄fectū. bonarum quippe mencū est ibi cul-
pam agnoscere vbi culpa non ē. Nam et si dixe-
rimus. quia peccatū non habem. ipi nos sedu-
cimus. Hinc est qz etiam osequēte muocamus
diuinū adiutorium dicentes. Deus in adiutorij
meū ut. Conuerte nos 2. referat̄ ad p̄teita ma-
la tollēda et deus in adiuto. 2. ad bona opa fu-
tura faciēda. qz sine dei adiutorio quicquam
boni facere nō valem. Quia v̄s totū ad laudē
trinitatis faciendū est. Ideo sequit̄ gloria pa-
tri. Rursus incipientes p̄ conuēte nos de 9. Sa-
lutaris noster. oramus ut nos a malis conuer-
tat. et iram suam a nobis auertat. et qz merita
nostra non sufficiunt. eius adiutorium postula-
mus dicentes. Deus in adiu. me. 2. Dicunt̄
autem quatuor p̄s. ad obrimēda remissionē pec-
catoz. que omittere dū sumus in hoc corpore
ex quatuor elemētis et ex quatuor humoribz vel
complexionibz opositi. seu qz corpus ipsum ex
his opositū. cōtra picula et fāasma noctis
munimus. et deo omedamus. iteoz tunc dicit̄
In manus tuas domine 2. Et custodi nos 2.
Et incipit ecclesia a voce p̄fectiois dicens. Cū
muocarem exaudiuit me 2. Hoc em̄ p̄fectozum
est. Sed quia p̄fecti se debent reputare imper-
fectos. iuxta illud job. Etiam si simplex fuero s̄
ignorat anima mea. Ideo sequit̄ in eodem p̄s.
Misere mei. sup̄ple domine et exaudi oracionē
meā. quod est dicere imperfectozū. Postea alijs
admonitis ad bonū facit in eodem p̄s mencōnez
de pace eterna ibi. In pace in idip̄m id est que
est inuariabilis. qz p̄ces s̄p̄ in memoria habere
debemus et maxime dum corpus quiescere de-
bet in lecto mens debet quiescere in deo. Debet
etiā quiescere in spe. Vñ sequit̄ secundū psalmus
In te domine speraui 2. Sed quia spes nō est
sine timore. aliter em̄ p̄sumpcio esset. Ideo seq̄-
tur tercus p̄s. Qui habitat in adiutorio altissi-
mi 2. in quo deus p̄mittit liberare ecclesiam.
Dyabolus est em̄ quasi fur de nocte mēdēs. et
ideo nocte inimmēte dicit ecclesia illum p̄s. con-
tra nocturnales temptacōnes. Dicit̄ ergo ille
p̄s v̄s a quatuor tēptacōnibz liberem. scz a timōe
nocturno. a sagittavolante in die. a negō per-
ambulante in tenebris. ab incurfu et demomo

meridiano id est ab incurte demotio. Prima est leuis et occulta. Secunda est leuis et manifesta. Tercia grauis et occulta. Quarta grauis et manifesta. In quinto vero psalmo. Ecce nunc. Benedicit ecclesia deum pro liberacione tēpōtacionū nocturnāliū. ibi. In noctibus extollite manus vestras in sancta et bndicite domino. Dicit em̄ augustinus. sup hūc ps. Nox res tristis ē. dies leta res est. Ergo p noctem intelligitur aduersitas. per diem prosperitas. In adūlitate bndicendus est dñs sicut et in prosperitate exemplo job qui amissis filiis et rebus omnibz dicebat. Dominus dedit et c. Sit nomē dñi benedictum. Vnde et hic dicit. Benedicite dominum. Sed querit̄ quare dicunt tantūmō ser versus illius psalmi. In te domine speraui. Respondet̄ deo. quia dominus dicens sextū versus videlicet. In manus tuas domine. septa etate mūdi. sexto qz die carne obiit ut iam dicit. Rescete ergo se versus tñ eiusdē psalmi in opletorio cantamut in hac sexta etate in q̄ p eum redempti sumus sicut habet finis vltimi versus. ibi. Redemisti me domine deus veritatis. confortem̄ dormicōm eius ut scz mēbra quiescant et cor vigilet sicut caro eius in sepulcro quēuit et diuinitas vigilauit. Notandū est qm̄ in quibusdam ecclesijs statim post ps. dicitur ymnus. ea forte racione. quia per bonam op̄acionē peruenitur ad exultacionem absqz om̄is purgacionis medio ab his qui purgati transeūt ab hac vita. Alia etiam racio iam dicitur. Et sic p̄dicunt ymnus q̄ caplūz. ad ostendendū mystice. q̄ illi in quibus completa sūt siḡta precedenciū laudum seu p̄fecti qui p̄ completoriū siḡficant̄ pueniunt exhortacionē que per capitulū siḡficat. Nec tamē caplūz p̄termittūt. quia hic semper utilis est exhortacio ad p̄seuerandum in bono. quia nec nocet admissio subdure calcare equo. In alijs autem ecclesijs inter ps. et ymnū interponunt antiphonam vel allā. per antiphonam sequentes ordinem beati ignacii de quo in prohemio dictum est. In alijs vero ecclesijs statim p̄ ps. et antiphonam vel allā. sequit̄ lectio siue caplūz cū responsorio. In manus tuas. Vel alio quia ut dicunt in omni officio dici debet lectio. Postea adiciūt ymnū. Te lucis. in q̄ optant p̄tegi in nocturnis tribulacionibus. Alij vero nō dicunt lectionē put in p̄hemio huius partis dictum est. sed statim post psalmū. dicit̄ ymnū. Tum quia tempus illud dormicionis est non aptum est ad doctrinam. Tum quia post opletorium non solū cibi et potus. verum etiam doctrina que p̄ lectionem siḡficatur referenda nō est. Vnde est q̄ statuit beatus bndicūt post completorium nemo loquat̄. Dicit̄ autem capitulum. Tu in nobis es domine ih̄ere. xiiij. c. Religiosi in hoc officio ante om̄ia lectionem p̄mittunt dicentes. fratres sobrii. ne ordinem esore excedere videant̄. representantes in se etiam mariam magdalenā. de qua dominus dixit.

preuenit vngere corp̄ meū in sepulcro. id est hoc fecit qd̄ factura erat mortuo si licuisset. ita et hoc lectio quasi vngit reddendo animas attētas ad vigilandū an̄ om̄edacionem dormicōnis. Post ymnū subicitur versiculus. Custodi nos domine. vel alius qui notat focus officij effectum. Postulatur em̄ domini custodia conē noctis picula. Et dicit̄ accuta voce et cum neuma ex quo excitati et memoēs facti ineffabilis gaudij. qd̄ erit merces laboris nostri. canim̄ canticum symeonis. Nunc dimittis. quod est luce. ij. c. Primo ut illius exemplo pacem inuenientes mereant̄ videre lumen. quod est xp̄us. Secundo ideo canticum istud canim̄. qz sicut sanctus symeon cupiens ex hac vita in alterā transire illud cecinit. sic et nos dū dormire debem̄ q̄si morturi. qz somn̄ est quasi mortis ymago illum canim̄. p̄ quem nos domino commendamus. Tercio p̄pter causam sub vesperis dictā. Quarto quia canticū illud est de vtr̄qz aduētū. Vñ merito illud dicim̄. ut p̄missionibus alliciam̄ et a vicis quiescamus. Considerandū est autem q̄ cum septem sint p̄tes ceterarū horarū. s. versus cum gloria patri. ymnus. ps. lectio. cantus. p̄ces. et oracio. In tribus tñ horis scz in matutinis laudibz et vesperis et in completorio addit̄ et octaua. videlicet canticū euāgelicū. quoniam hęc tres hore p̄tinent ad octauā id est dominicam resurrectionem. qz mane surrexit. In vesperis se discipulis manifestauit. In completorio discipulis ait. Parvobis. ea p̄pter in his tribz horis ymnus qui ē exemplum leticie ps. sequit̄ ut continet̄ in euāgelio gr̄e. Euangelium gracie huius officij est canticum symeonis. scz. Nunc dimittis. in quo pacem rogam̄ eternā. ut sicut symeon transire cupiens postq̄ vidit xp̄m dimitti rogauit. sic et nos post lumē fidei pueniam̄ ad splendorē spei. vbi erit pax eterna. Cōsequenter oracō dominica et p̄ces dicunt̄. quibz etiam contra noctis fantasmatā nos munitur. Subicitur etiā symbolū. in quo nostre fidei p̄fessio continetur. ut si forte nos mori contigerit in cōfessione fidei moriam̄. fit etiā in quibusdā ecclesijs sicut et in p̄ma cōfessio general. Apter na em̄ cōfessione inuicem nos mūdant̄. Iuxta illud. Cōfitemini alterutrū peccata vestra. ne demus requiem temporibz nostris. donec mueniamus locum domino. Precibz ergo et oracōne completur hoc officium. iuxta illud apli. Orantes p̄ inuicem ut saluem̄. Rursus p̄ces misterice humilitatē siḡficat. que in fine debet esse quia sicut in principio ip̄a necessaria est. ad qd̄ siḡficandum. voce humilima hoc vniuersū m̄choatur. ita in consumacione eadem humilitas monstranda est contra supbiam. in q̄ ceciderūt omnes qui opantur iniquitatē. Post p̄ces. opilio noster siue sacerdos commendans domino gr̄em suum dicit collectam. Vñ nō est agruū ut post h̄ offm̄ aliqd̄ aliud fiat. nisi qd̄ p̄tineat ad q̄tem. Et attēde qm̄ ad p̄mā et ad opletorium.

apostolorum symbolū nō dimittim⁹. qz cūcta
opera nostra in eius nomie incipim⁹ et concludi
mus in quem credimus. Similiter ad verum qz
officium confessionem et Misere mei deus. ad
dicim⁹. ut quicqd in nocte peccauim⁹ aut in die
deliquim⁹. per confessionē et penitenciam dilua
mus adimplentes illud. **C**onfitemini alterutrū
peccata vestra. **R**espicientes etiam illud. qz
similiter facit dos farma assarum. offerebat in die vi
te sue medietatem in mane et medietatem post
meridie. **S**acrificium autē nostrum est spūs
humiliatus. **V**ltimo notandum ē qz omnia officia
diurna qntuz ad psuauariabilia sūt. noctur
na vero variabilia. ppter illud. **P**er noctē enim
intelligitur mundus iste qui variabilis est. **P**er
diem vero ille eternus qui ē inuariabilis. de q
scriptum est. **O**rdinatio tua pseruat dies. **E**t
est verior littera pseruat in singulari quam p
seruant in plurali. licet aliter quasi omumter
pferatur. **H**oc etiam officium in quibusdā ec
clesijs quantum ad ynum inuariabile est. prout
sub ti. de pma dictum est. et etiam quantum ad
ps. lectionem pces et collectam ita qz p nulli⁹
sancti solēitate. sicut nec officium pmevariā
pro eo quia in illo de pace et specialiter de illa
ad quam suspiramus agitur. que ut pmissum ē
inuariabilis est hoc duntaxat excepto quomā
in dominicis diebus dicunt ad pnam illos quim
qz ps. scilicet. **D**eus deus meus respice in me rē
et sequentes ps. **C**onfitemini. put ibi dicitur ē
Sed quare illi quimqz psalmi in pma et versus
in manus tuas domine rē. in cōpletorio potius
quam in alijs horis ponuntur. **R**esponso xpūs
cui in his horis canimus. qui est pncipium et fi
nis in cruce pendēs legitur incepisse ps illum.
Deus deus meus. et omnes ps sequentes seria
tim⁹ ad dictum versū dixisse et ibi finuisse.
et spiritum emisisse. **M**erito igit q nos in passi
ombz huius seculi constituti ad ipsius imitatio
nem in hora pma. que est in pncipio horaz di
ei. et nō alibi dictos quimqz ps. **E**t in cōpletorio
qz sūm aliquam cōsiderationem ē finis. siue vlti
ma horarum diei. debemus dicere versus ipsuz
Quod vero hoc officium ad vltimam diei horaz
pertineat. hac cōsideratione apparet. **N**am in
primadictis qtuor octonariis versus in psal
mis. duos pro prima. et duos pro secunda hor
ris. **E**t in tertia sex. duos pro tertia. duos pro
quarta. et duos pro quinta. **E**t in sexta sex. du
os. p sexta. duos. p septima et duos pro octaua
Et in nona sex. duos pro nona. duos p decima
et duos pro vndecima. **R**estat vltima hora. scz
duodecima. ad quā pmet cōpletorium quod
notat ymnus. **T**e lu. an. ter. **P**remissos autem
octonarios obmam⁹. si duo caritatis pcepta ob
suam facimus. xi. obmaciones ut p quauis ho
ra diei in qua delinquim⁹. vni dño legis et ca
ritatis binarium offeram⁹. **V**t pro pma. **B**eati
pro secunda. **R**etribue. pro tertia. **L**egem pos
ne. p quarta. **M**emor esto. p quinta. **B**onitātē.

pro sexta. **D**efecit. pro septima. **D**i. eri. p octa
ua. **I**nq. pro nona. **M**irabilia. p decima. **C**las
maui. pro vndecima. **P**rimipes. **F**uunt ergo vn
decim obmaciones. ad emendandū vndecim
nostrę trāgressiōis. et in quolibet octonario
aliquid de lege domini memoratur. qz per eam
vinea colitur. et denarius eternitatis acquirē
Sunt ergo. xxij. octonarij. qui p horas diei dic
untur ppter rationem sub ti. de prima dictam.
Et dicuntur bim et bim. et sic duplicati sunt.
xi. **V**nde. **V**arus enū numerus significat trāscō
nem. sicut denarius pfectionē. **D**icuntur ergo
per xi. ut p ea que in illis dicuntur iusticiōes
mandatorum suorum nobis relaxat.

Incipit sexta pars de officiis domini
carum specialiter et quarundā feriaz
et festiuitatum domini et ieiuniorū q
tuor temporum.

Proxima precedenti pte de diuinis officiis in
genere diximus. nunc autem de specialitatibus
et diuersitatibus eorundem p annū circulū osten
damus. videlicet de officiis dominicarū et qru
dam feriarum. et festiuitatum domini. et de iei
nijs qtuor temporū. et oueniēcia ipsorum offi
ciorum tam nocturnalium qz etiā missę. non vni
us duntaxat ecclesie. sed diuersarū officia p
sequentes. **A**d quorum euidentia est distinctio
temporum pmitenda. **P**iquidem ann⁹ solaris
quatuor temporum successione dilabitur. scilicet
cet hiemis in quo semina iaciuntur. veris in q
semmata pdeūt. et mspicias accuunt. estatis in
qua messes albescunt et falce succidunt. et aus
tumpni in quo pventilacōnem gna a paleis ses
perata in horreis reponunt. **S**ic et magnus vi
te pntis annus durans ab inicio seculi vsqz ad fi
nem mudi. qtuor temporum varietate mensura
tur. **P**rimum fuit tempus deuiacōis in ge
nere humano. videlicet. ab adam vsqz ad moy
sen. in quo de clinauerunt homines a cultu dei.
qz vera lux ē fci ydolatre. et nil illuminacōis do
ctrię habentes et simul mutiles facti sūt. et nō
fuit qui faceret bonum vsqz ad vnum. **T**unc enī
reliquit homo deum creatore suum. et de lapis
de dixit. tu es deus meus. **H**oc tempus. qz fuit
ignorancie et cecitatis bene cōcordat hiemi in
qua obscuritas regnat. **S**ecundum tempus
fuit reuocacōis siue renouacōis. videlicet a mo
yse vsqz ad natuitatem xpi. quo edocti sūt ho
mines p legem et pphetas de aduentu xpi de cu
racōne peccati. et dilectione vnius dei. **T**unc
dominus dixit ad israhel. audi israhel. dominus
deus tuus adorabis et illi soli seruias. et doct⁹
est homo. quid sibi ipi. quid deo. qd primo fa
cere teneē. **P**ostmodū ob eandē causam suscitauit
pphetas. ut. s. pdicacō hominē magis ab er
roribus tuocarz. **H**oc tpus cōcordat cū vere. qd
habz aliquid luminis. s. multū obscuritatis.
Tercium tpus fuit regressiōis siue cōciliaci
ōis et visitacōis. videlicet a natuitate xpi vsqz